



ex alpha emanasse nihil. omnino primogenitus. Quod autem dico pri-  
 mogenitus secundum tempus loquor. Haec ergo dicuntur iherosolimitanos & illos  
 qui ante aduentum xpi fuerant iusti. diuisio aliqua ac separatio uidere  
 tur sed ut ostenderent sciam si ante aduentum xpi fuerint fratres  
 tamen in fides esse, licet enim habuerunt altare tunc ante aduentum sal-  
 uatoris sciebant tamen & sentiebant. quia non esset illud altare uerum.  
 sed quia forma & figura futuri uerius altaris. Nouerant haec quia  
 uere hostiae & que possent auferre peccata nonnulli altari offereban-  
 tur quod habebat primogenitus populus sed in isto ubi hunc erat hic cae-  
 lestes hostiae hic uera sacrificia consummantur. fit ergo unus grex  
 & unus pastor. illi priores iusti & qui nunc sunt xpiani. uolo autem  
 ad horum probationem memoriam facere sciam historiae cuiusdam  
 sitamen dñi donare dignetur ut explanationem ipsius spiritalem in-  
 uenire possimus. cadebat aliquando populus in deserto & morieba-  
 tur. uenit aaron pontifex & stetit in medio eorum qui moriebantur  
 & eorum qui uiuebant neutra uastatio mortis proficere & sciam in ceteros.  
 uenit uerus pontifex meus & dñs & intercessit in medio inter morientes &  
 uiuos id est inter eos qui ex iudicis suam praesentiam susceperunt & inter eos  
 qui non solum non susceperunt. sed semet ipsos magis quam illum occide-  
 runt dicentes. sanguis illius super nos & super filios nr̄os. Unde sciam  
 nis sanguis iustus qui effusus est super terram. a sanguine abel iusti usque  
 ad sanguinem zachariae quem interfecerunt inter templum & altare.  
 Requiretur a generatione illa quae dixit sanguis eius super nos & super  
 filios nostros. Sunt ergo isti pars populi mortui quae neque azima  
 neque dies festas competenter agunt. sed conuersi sunt dies festi eorum  
 in luctum. & cantica eorum in lamentationem. non potuerunt diem  
 festum celebrare in loco quem elegit dñs dñs. & nos quidem non diximus